

1158 cadaverum intolerabilis ex utraque parte omnes
cruciabat exercitus, ita quod iam plurimi plurimis
Sept. 8 cruciabantur egritudinibus. Optata dies Nativitatis
beate Marie virginis ad pacem faciendam advenit.
Ante omnia in potestatem regis Boemie CCC dantur
obsides, CL nobiles et CL de populo. Captivi quoque
Papiensium et aliarum civitatum mille et ultra, quo-
rum quidam X annis in captivitate manserant,
filios, quos parvulos dimiserant, iam factos milites
lacrimabiliter salutabant.¹ Qui in monasterio sancti
Dionisii sub custodia domni regis Boemie militum ea
conditione ponuntur, ut si ad gratiam imperatoris per-
venire possent, regem Boemie reducerentur, captivi liberi dimitterentur,
quod si non fieret, Mediolanensibus remitterentur.²

His ita dispositis ad adducendum in gratiam im-
peratoris archiepiscopum Mediolanensem³ Eberhardus
Babenbergensis episcopus et dominus Daniel Pragensis
episcopus mittuntur. Primo itaque cum crucibus,
cum plenariis et thesauribus bini et bini procedunt
clerici, deinde canonici, monachi, et abbates ordine
disposito cappis ecclesiasticis, casulis et albis induti

1) Österreichische Geschichte von Kaiser Friedrich
Rohr. III, 49, S. 226.

2) Österreichische Geschichte I, 174, S. 243: Eberhard von Gföhrer an den
Kaiser, falls Kaiser zuwille Mailand wird den Öster-
reichern. Römern fordern sie; im Österreich Fall Römern
an Mailand.

3) Ubertus de Pirovano.